





1717, 20

23

FACULTATIS JURIDICÆ
DECANUS,
ERNESTUS
TENZELL,
J. U. D.

CONSILIARIUS REGIMINIS ELECT. JUDICII
PROVINCIALIS ERFURTENSIS ASSES-
SOR, CIVITATIS CONSUL
PRIMARIUS, ET REL.

L. B. S.



ERFORDIÆ,
TYPIS JOH. HENRICI GROSCHII,
ACAD. TYPOGR.

FACULTATIS JURIDICAE
DECANUS
ERNESTUS
TENZELL,
J. U. D.

CONSILIARIUS REGIMIS ELECT. JUDICII
PROVINCIALIS ERURTENSIS ASSES-
SOR CIVITATIS CONSUL-
TARIUS, ET REL.

A. R. S.

ERORDIA
HANS HENRICH ONSCHIN
HANS HENRICH ONSCHIN
HANS HENRICH ONSCHIN





Nimia videtur *Bachovii* scrupulositas, dum in notis ad *Zreuth. Vol. 2. Disp. 7. Th. 1. lit. B.*, & ad *Wesemb. Tit. de J. dot. in verb. dos est jus universale*, dotem per jus mariti &c. definire posse negat, cum potius res dotalis significetur, quando dotem promitti, constitui, dari dicimus. Præterea enim, quod ipsum *Zit. ff. de J. dotium rubrum*, satis quid per dotem ibidem intelligatur innuat, vel ipse *Bachov. d. l. B.* homonymum esse vocabulum dotis fatetur; ita ut modò significet rem dotalem, modò ipsam dationem, aliquando rei qualitatem, & denique titulum; Ac eodem modo, ut pignus rectè definitur per jus in re, licet sæpius rem pignori acceptam significet, dotis definiendæ par videtur ratio. Eiusdem momenti videtur, quod idem *Bach. ad W. d. l.* cum dotem Universalitatem dici in *L. 1. §. 4. de dot. præleg.* negare non possit, esse tamen jus universale, admittere nolit, cum tamen eo ipso, quo dos ex pluribus rebus sæpius collecta, & sic ens per aggregationem esse, ac præterea augmentum & decrementum capere potest; etiam jus, quod in ejusmodi rebus ad maritum pertinet, sine dubio significetur. Undè etiam cum *Zreuth.* loco alleg. libellum generalem, ita ut simpliciter dotem sine speciali singulorum corporum expressione petere liceat, admittit, contra *Zaf. in rubr. sol. matr. n. 16. seqq.* disputans, cum actio ipsa sit generalis, vel universalis, v. *Lauterb. Coll. ad ff. Lib. 2. T. 13. th. 20.* Nec tamen sententiam hic libello conformem esse debere statuit, sententiam generalem contra *Zreuth.* hic non admittens, per textum non obscu-

070

) 2

rum

70



rum in *l. f. C. de sent. quæ sine cert. quant.* In quo textu quidem in dote certa sententia requiritur, sed sine dubio præsuppositis terminis habilibus, ubi dos in certâ ac determinata re, vel quantitate consistit. Vel etiam dicendum in casu illius *l. f.* non tantum incertum fuisse quantum, quod titulo dotis datum sit, sed etiam quid? & an etiam aliquid titulo dotis datum, vid. *Brunn.* ad *Tit. C. De sent. quæ sine certa quant.* post alleg. *Barbos. & c.* Ut adeo licet jus dotis, cum jure hereditario, non ubique pari passu æquale esse jus universale, largiamur; Vix tamen hæc genuina inter illa sit differentia, quod in illo sententia nunquam possit esse generalis, benè tamen in hoc; uti idem asserit *Bach. ad Tr. l. alleg.* cum etiam de dote incerta subsistat sententia, pro qualitate juris dotalis aliquando incerti, *Lauterb. in Coll. ad Lib. 42. Tit. 1. ff. th. 22. in fin.* Melior tamen est altera *Bach. d. l. differentia ratio*, quod sententia in petitione hereditatis præjudicium faciat omnibus aliis causis, & heres declaratus, propriis actionibus, jure experiatur, secus ac in actione pro dote: Vel cum *Schilt. Ex. ad. P. 36. th. 67.* dicendum, hæreditatem jus universale indeterminatum, dotem verò jus universale determinatum esse. Adhuc aliis unum esse jus universale, alterum generale, asserentibus. Varia porro dotis acceptio, variis in juris casibus conspicitur. Quis enim dotem aliter in *l. f. ff. solut. matrim.* aliter v. in *l. 6. & tot. t. C. de dot. promiss.* accipi negabit? Priori loco dos promissa non est dos, benè tamen posteriori, adeo ut statutum de lucranda dote etiam ad dotem promissam extendant communiter interpretes, v. *Lauterb. L. 23. Tit. 3. ff. §. 5.* Simili modo dotem sine nuptiis esse non posse, ex *l. 3. l. 39. l. 48. l. 68. de J. dot. & pluribus constat.* Cum tamen statutum de lu-
cro

cro dotis etiam in sponsâ de præsentî admittant *Dd. vid. Bach. ad. Tr. d. l. lit. D. Dn. Berg. Oecon. Jur. Lib. 2. T. 4. th. 42. Not. 2. p. 46.* ubi tamen J. Sax. ad Successionem ex Statuto, Conscensionem thalami requiri, secus ac in successione ex edicto Prætoris, undè vir & uxor, notat. Ut ut autem dos dicto jam modo, accessorium sit matrimonii, quod etiam abesse potest (quamvis exceptio videatur, quoad personas illustres *Nov. 74. c. 4.* & quoad concubinas, ut liberi legitimentur. § *f. J. de nupt.*) longè aliam tamen esse ipsius, quàm ipsarum nuptiarum rationem vel indè constat, quod non sicuti nuptiæ sine consensu tutorum & Curatorum contrahi possunt, uti latè ostendit *Carpz. Lib. 2. Jurispr. Consistor. Tit. 3. def. 47. seqq.* ita eodem modo etiam arbitrio sceminarum Minorrennium subfit, dotes pro lubitu constituere, cum consensu Curatoris hic opus sit. *l. Mulier. 28. C. de Jur. dot.* ita ut læsæ, restitutionem in integrum petere possint. *l. un. C. si adv. dot.* Ubi, quomodò lædi hic mulier possit, dubium videtur, cum tamen etiam universa bona à sceminâ in dotem dari posse, constat. *l. 72. ff. l. 4. C. de J. dot.* Quod dubium, multis casibus allatis, quibus læsio nihilominus mulieri accidere possit, *Brunnem. in d. l.* cum alleg. *Dd.* remove studet. Quibus tamen ambagibus supersedere possumus, cum sceminæ quidem omnia bona marito in dotem dare, permissum sit, sed non minorenni sine consensu Curatoris, aut quin talis læsa, quod forte firmiori iudicio edocta animadvertit, cogitationes posteriores meliores intelligens, restitutionem in integ. petere possit. Nec est, ut moribus Germaniæ hodiernis, matrimonium majorennis efficere statuamus, vid. *Stryk. usu mod. Pand. Lib. 4. Tit. 4. S. 7.* Quamvis moribus Lubecensibus ferè aliud obtinere fateatur *Mev. Lib. 1.*

T. 7. a. 6. n. 21. Neque etiam de J. Can. aliud introdu-
 ctum, prout statuit *Mynsing. Decad. s. Resp. 43. n. 28.* Li-
 cet enim in matrimonialibus, & connexis causis, libe-
 ra agendi potestas sine ullo Curatorum Consensu tributa
 videatur in *cap. fin. de Judiciis in 6.*; cum tamen & J.
 Civili in matrimonialibus curatore non opus sit, *l. 8. l. 20.*
C. de Nupt. Indè nehic inter jus Canonicum & Civile,
 expressâ mutatione deficiente, statuenda differentia v.
Stryk. d. l. §. 8. Ubi quod nec moribus Belgii & Galliæ,
 ob communionem bonorum inter Conjuges, hæc mino-
 rum jura mutata, contrâ *Græneweg. ad. L. un. C. si adv.*
dot. notat, cum illa inter Conjuges Communio non im-
 pediat, quò minus expressâ conventione, quædam fi-
 bi reservare queat uxor, ita ut pacta derogent statutis:
 ut adeò si postea talis conventionis omisso damnosa vi-
 deatur uxori, beneficium restitutionis in integrum lu-
 brico ætatis læsæ, haud sit denegandum. Alia tamen
 quodammodo videtur sponsaliorum ratio, utpote quæ
 qualia etiam sint, longè minoris quàm matrimonium,
 vinculi nexu constant, ut indè, quandoque ætatis faci-
 litate lapsis succurri posse, æquitas suadere possit; quan-
 quam rarò in praxi id observari notet *Stryk. in not. ad Lau-*
terb. comp. Tit. de Minoribus verb. matrimonium. Sic ob
 ætatis nimiam disparitatem dissolvi posse sponsalia notat
Dn. Berg. Oecon. Jur. Lib. 1. T. 3. §. VI. not. 7. p. 108. Sed
 pluribus de hæc materiâ differet Præ-Nobilis ac Præcla-
 rissimus Dominus

JOHANN. GEORGIUS HOYER,

In Lectione sua Cursoria ad *l. 28. Tit. XII. lib. V. C. de rei Uxoris*
actione &c. de cujus Curriculo vitæ sequentia modo solito nunc
 addenda veniunt. Natus is est *Andreasberge* in Sylva Hercynia, di-
 ctionis Electoralis Brunsv. Luneburgensis, Anno Salutis reparatæ
 1668.

1668. die 10. Aprilis, Patre Viro antiquâ fide & virtute DN. HENRICO HOYERO Jun. rerum metallicarum perito & à Divo Principe ac Duce Luneburgensium GEORCIO LUDOVICO, ad negotia metallica vocato, Viro post fata adhuc ibidem Clarissimo; Matre verò LUCIA ELISABETHA, ex Familia EISENDRATHORUM in Urbe Metallica *Altenavia* florente, oriunda, Fœmina Virtute clara, dudum verò pie defuneta. Mox ab incunabulis Parentes ejus optimi studiis eum consecrare quidem curarunt; quod verò mortalitatis ordo intervertit, dum Anno Pueritiæ nondum quinto exacto, Parentibus suis orbatus fuit; Ejus ergò in teneris his Annis destituti, curam studiorum, Avus Paternus DN. HENRICUS HOYERUS Senior, Inspector rerum Metallicarum Principis jamjam nominati, memoriæ pietissimæ, in Urbe prædicta *Andreasbergâ*, reassumfit, eumque Scholæ Trivialis Urbis hujus florentis Præceptoribus tradidit. Postquam verò & hic ipsius Avus vitâ decessit, Patruus, DN. JUSTUS WILHELMUS HOYER, Ss. Theologiæ tunc Candidatus, nunc verò ex ordine mortalium ereptus, illum *Clettenbergam* secum duxit, privatimque erudit, tandemque *Ostervigam*, Urbem in Episcopatu *Halberstadiensis* sitam, misit, ubi ad annum decimum quartum suis sumptibus, sub cura tamen Consanguineorum suorum ibidem degentium, literarum studiis diligenter incubuit. His Annis ergò ibidem peractis, ex Consilio Consanguineorum, *Wernigerodam* ac *Magdeburgum* se contulit, ubi sub ductu Præceptorum, imprimis verò Dn. Joannis Elemanni Röveri, Moderatoris Lycæi Magdeburgensis templi Cathedralis præclari, tantos fecit progressus, ut ad studia Academica accedere dignus fuerit habitus; Oratione ergò in præsentia Dnorum Capitularium solemniter habita, valedicens *Lipsiam* transit, spe fretus, studia sua ibidem ex votò tractare & ad finem perducere; cum repentino morbo in itinere correptus, *Lipsiam* quidem salutare, ast diu ibidem commorari haud potuit; sed morbo paululum cessante, ex Consilio Excellentissimi Domini *Hornii*, Consiliarii Brandenburgici quondam gravissimi, Patroni sui honoratissimi *Halam Saxonum* properavit, ibique meliori fato, Virum in omni eruditionis genere longè lateque præstantem, in Philosophicis & Juris studio, Excellentissimum, Dn. D. *Thomasmum*, Potentis Borussia Regis Consiliarium Intimum, Universitatis *Fridericianæ* Directorem & Professore Juris primarium &c. audi-

72

31

vit



vit. Relicta verò hâc Academicâ ex commendatione *Dn. Ha-*
zeli, Consiliario-Illeuacensis, ibi tunc temporis degentis *Jenam*
 profectus, per triennium studiis optimis operam navavit, & qui-
 dem sub ductu & auspiciis *Dn. Struvii, Hartungii*, aliorumque Vi-
 rorû Clarissimorum, ac tandem *Dn. Munchii*, Advocati Ordinarii ce-
 leberrimi, & in Juris Praxi exercitatisimi, Praxin animam Theo-
 riz esse, probe perpendens, relictâ vitâ Academicâ *Dresdam*, Se-
 dem Electoralem splendidam, se contulit, ibidemque per aliquod
 temporis spatium fortunam sibi fauricem expectavit; Illam verò
 melioribus avibus Offitii invenit, & quidem sub ductu *Dn. Jo-*
hannis Melchioris Dedekindi, J. U. D. & juris Practici famigeratissi-
 mi; sedem igitur heic fixam posuit & examini Facultatis Juri-
 dicæ, quæ *Lipsiæ* viget, sese submittere, in numerum Advocatorum
 Legitimatorum receptus, hucdum praxin juris clientibus suis
 exercet; sed etiam *Quæsturæ Mügelesi*, Viri perquam Illustris, *Dn.*
Hermanni à Wolfransdorff, supremi Aulae Electoralis Saxonici
 Marefchalli ex Consiliarii intimi; Dynastiz Reverendisissimi &
 perillustris *Dn. Christophori Dieterici Bosii*, Hæreditarii in *Særbau-*
sen & Dorschniz, Consiliarii Aulici Romanorum Imperatoris, &
 in sanctiori senatu *Potentissimi Regis Poloniarum & Electoris Saxonie*
 à Consiliis intimis, & ordinis Johannotici Equitis gravissimi; item-
 que Heroum ex antiqua *Prosapia Pflugiorum in Strebla*, in Saxoniam
 aliisque regionibus undiquaque inclutorum, aliorumque, nimi-
 rum Generos. *Dnn. de Schleiniz, de Preuss &c. &c.* præfuit hæte-
 nus, & adhuc præest. Nunc verò ad honores aspirans Academicus,
 nostro Collegio sese legitime sistens, ad Examen consue-
 tum, quod vocant rigorosum, & reliqua Specimina Inaugura-
 lia, ut admitteretur, & petiit, & impetravit. Textus itaque
 More Majorum, horis destinatis, ex utroque jure transmissos, &
 eruditè resolvit, & in ipso examine scientiam juris non vulgarem
 ostendit, ut adeo ad ulteriora Specimina & ipsum honoris supre-
 mi gradum, janua Eidem aperta sit. Quare instanti die *D. 3. h.*
Maj, Lectionem Curforiam *ad. d. L. Mulier 28 C. de Jur. dot. &*
hac finitâ Disputationem Inauguralem de MULIERE OBSTANTE
&c. B. c. D. horis locoque consuetis habebit. Ad quos actus solen-
 nes, omnes ac singuli Universitatis nostræ Proceres ac Cives, eò quò
 par est modo, invitantur. Public. Domin. Rogate 2. h. Maj, Anno 1717.

(L. S.)

Erfurt, Diss., 1717

ULB Halle

004 548 485

3




f

TA-706

nur 2 u 4 bisher verknüpft





1717, 20

23

FACULTATIS JURIDICÆ
DECANUS,
ERNESTUS
TENZELL,
J. U. D.

CONSILIARIUS REGIMINIS ELECT. JUDICII
PROVINCIALIS ERFURTENSIS ASSES-
SOR, CIVITATIS CONSUL
PRIMARIUS, ET REL.

L. B. S.



ERFORDIÆ,
TYPIS JOH. HENRICI GROSCHII,
ACAD. TYPOGR.

